NICETAS REMESIANENSIS. ORIGENES
3. Viertel 12. Jh. Seite 172r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Amorreus interpretatur amarus ut amaritudo. Habitantes ergo in elom.
que interpretatur arietantes. ut in salamyn quod interpretatur pacifici
permanent. & habitant amaritudines. In arietantibus & in pacificis
positi. expugnare habolicas edes instructurasque conantur. pacifici
uero qui carnalibus concupiscentiis superatis. ab his pace anime ge
runt. in utrisque tamen perseuerat & contendit contraria uirtus ama
ritudo persistere. In quo tale aliquid intelligere possumus. quia dicit
permansit habitare amorreus in ipsis. uerbi gratia. si inimica uirtus de
monis ex amaritudinis turma ueniens obsideat alicuius corpus.
perturbet ac sopiat mentem. adhibeantur autem multe orationes. multe
ieiunia. multe ex orcistarum inuocationes. Et ad hec omnia surdus
demon permaneat in obsesso corpore & persistat. tolerabilius ferens
ex orcistarum penas. & adhibitas sibi ex dei nominis inuocatione
tormenta. quam discedere ab homine quem impudenter obsedit.
& nequit. ita etiam hic intelligendum in istis qui dicuntur amorrei. qui
permanent & persistunt habitare in elom. & in salamyn. Et ut uere
ostenderet scriptura quia perferentes penas & flagella persistunt. dicit.
Et grauis effecta est super eos manus effrem. Quomodo autem grauis efficitur
manus effrem super amorreos uel per ex orcistarum ut diximus manus in
positionem uehementius inpositam. grauari dicitur super inmundos spiritus
manus effrem. ut quia boni actus & bona opera grauant & ad fligunt
demonum genus contrariasque uirtutes. Quanto enim nos meliora ege
rimus. & quanto in optimis conseruamur. tanto illis molesta hec
efficiuntur & grauia. Gratum uero illis est & acceptum. & uoluptates eis
quodammodo exhibent. qui in turpitudine & flagitiis uiuunt. Qui
uero in bonis actibus manum suam grauauerit super eos. etiam si penitus eos
expellere non potuerit. certe tributarios eos faciet et subiectos.